Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

O beata MARIA inundatio gaudii tui amoris. uirtutis uo
luptatis tota te opuit. tota te operuit. penetrauit. in
ebriauit. & sensisti quod oculus non uidit & auris non audiuit.
& in cor hominis non ascendit. & dixisti. Osculetur me osculo
oris sui. Dixisti enim ad angelum. Ecce ancilla dni. fiat mihi
secundum uerbum tuum. Quod erat illud uerbum. Quid locu
tus fuerat tecum. Inuenisti enim gratiam apud dominum.
Ecce concipies & paries filium. & uocabis nomen eius ihm.
Ad dei incepsi. Spes sces superueniet in te. & uirtus al
tissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te
sanctum uocabitur filius dei. Nonne hoc uerbum angeli uerbum.
& sponsio erat iam imminentis osculi oris dni. Igitur
prudens ponderatorque dictum fuit animae uel cordis
iubilantis. & illud ecce ancilla dni fiat mihi secundum
uerbum tuum quod dictum fuit ore exultantis. Nonne
sed id de ponderis. Nonne sensus id est in uerbis
seu uocibus diuersis. Sicut audisti & credidisti sic etiam
in precando dixisti. fiat mihi. ita factum est tibi. Ds
pater te osculatus est osculo oris sui. Qui oculus
hoc uidit quae auris audiuit. Cui in cor hominis
ascendit. Tibi autem O MARIA semetipsum reuelauit.
& osculans & osculum & os osculantis. Longe mi
noris gratiae quelibet anima. dum datum oramus siue
donum perfectum concipit desursum descendens a patre
luminum. taliter afficitur. talemque in semetipsa presen
tit osculantis attractum. ut dicere non dubitet.